sumpti ab ipsis Capitaneis Regis possunt devestiri sine culpa. Minores possunt sine culpa, nisi fecerint hostem Romæ 1. 7.

Quot testibus causa ingratitudinis superiores probandæ.

Quinque testibus opinionis integræ causæ ingratitudinis probandæ 2. 87.

Quibus ex causis dominus causam amittat.

Dominus quoque feudum variis modis amittit, citra delictum scilicet vel ex delicto. Citra delictum feudum amittit, si refutationem feudi faciat 2. 9. 1. Ex delicto, quibus ex causis vasallus feudum amittit, ob easdem ipse dominus in vasallum delinquens feudi proprietatem amittit, eaque vasallo committitur & adquiritur 2. 26. domine committente feloniam & 2. 47. In his enim omnibus dominus fideli suo vicem reddere debet, quod si non fecerit, merito censetur malefidus 2. 6. Quin etiam dominum Curiæ vel majoris potestatis judicio non adquiescentem vasallus deprædari potest 2. 22.

Ingrati vasallis vel domini bona cui committantur.

Vide infra Titulum de bonis damnatorum.

De usurpationibus, & usucapionibus.

Præscriptione nulla obstante dominus alienationem feudi sibimet illegitime, revocare potest: sed & hostendi-tias, id est, pœnam vasalli non respondentis ad delictum 2. 40.

De præscriptione temporis v. 2. 55. 2. 83. 2. 87.

De quocunque tempore 2. 28. 3.

De quantocunque tempore 2. 26. *vers. licet.* 2. 28. 3.

De antiquis temporibus 2. 10.

De longo tempore 1. 28. Longi temporis præscriptione feudum bona fide adquiri potest 2. 85. Etiam longi temporis facto, vasallus conditionem domini ejusve ad quem feudum reverti debet, deteriorem facere non potest 2. 8. *in princ.* & 1. verbi gratia servitutem imponere 2. 8. 1. tertiam aut quartam uxori donare propter nuptias 2. 8. 2.

De bona 1. 11.

De septem diebus 2. 24. 1.

De spatio tertio, septem vel decem dierum 2. 22.

De quatuor septimanis 2. 27. quicunque *vers. quod si.*

De triginta diebus 5. 13.

De Mense Martio, Augusto 2. 28. 3.

De sex feptimanis 2. 27. *vers. quod si.*

De quatuor mensibus 5. 13.

De anno 1. 1. 1. 1. 2. *in princ.* 1. 26. 11. 2. 22. 2. 27. 4. *vers. ejs.* 2. 27. 4. 2. 88. 1. 2. 73. 2. 76. 2. 97.

De anno & die 2. 24. 2. 40. 2. 52. 3. 2. 54. *in fin. princ.*

De anno & mense 1. 22.

De quinquennio 2. 53. 1. *in fin.*

De decennio 5. 13.

De XVIII. 2. 53.

De XX. annis & ultra 1. 21.

De majore XXV. annis 2. 55. *in princ.*

De XXX. annis & triginta annorum præscriptione 1. 28. 2. 26. 4. 2. 90. 1.

De XL. annis 2. 88. 2.

De LXX. annis 2. 53.

De re judicata.

SI vasallus causam amisit per sententiam 2. 28. Vasallus si de suo beneficio agit aut convenitur, sive obtineat, sive non, licet ignorante domino, firmum erit illud judicium 2. 26. 6. *vers. si vasallus.*

De confessis.

NOvam investituram, domini etiam confessione probari posse quidam ajunt, quidam negant 2. 32.

De exceptionibus.

VAsallus si feudi nomine convenitur, utiliter agendi & excipiendi habet potestatem 2. 43. defensionem potest opponere 5. 8. *vers. rei.*

De exceptione pacti de non petendo seu renunciationis 1. 5. 1. 2. 9. 1. 2. 38. 2. 29. 2. 44.

De obligationibus & actionibus.

HEredes & successores obligantur ex investitura suorum antecessorum 1. 3. 1. 25, *in fin.* 2. 33. 2. 58.

De rei vindicatione 2. 8. 2. 43.

De condictione ex causa 1. 21.

De actione ex Empto 2. 55.

De solutionibus.

AEs alienum domini solvere vasallus non tenetur, tametsi dominus non solvendo, in perjurium posset incidere 2. 26. *vers. licet.* 2. 39. *in fin.*

De furtis.

UT furtum legitimum puniatur 2. 53. 1. Ut qui quinque solidos valens aut plus furatus fuerit, laqueo suspendatur, qui minus scopis & furpice excorietur & tondeatur 2. 27. 8. De Rapina 2. 27. 2. De publicis latronibus 2. 27. 6.

Arborum furtim cæsarum.

UT qui vineas aut pomaria exciderit præscriptioni & excommunicationi incendiariorum subjiciatur 5. 10. *in fin.*

De incendio, rate & nave expugnata.

DE incendiariis pleniffime v. 5. 10.

De rate expugnata piratis v. 5. 17. 9.

De Constitut. Friderici 2. 6. 9.

De injuriis.

UT Injuria legitime puniatur 2. 53. 1. Si quis aliquem intra pacis edictum vulneraverit 2. 27. Si quis aliquem absque sanguinis effusione fustibus percusserit, vel crines ejus aut barbam expilaverit 2. 27. Si absque percussione quis aliam invaserit Zitterhand, id est calida manu ac verberibus contumeliisque male tractaverit 2. 27.

De Receptatoribus violatorum pacis.

2. 27. 2. 2. 53. 2. *vers. receptatores.*

De Collegiis.

De conventiculis & conjurationibus 2. 53. 2.

De Accusationibus.

VAsallus dominum accusare aut testimonium in eum ferre, in civili causa non potest, in civili modica potest 2. 31. 1.

Eoque pertinet quod supra dictum est, vasallum delatorem domini, & per fuam delationem grave dispendium dominum fustinere facientem, feudum amittere 2. 24. 2. *vers. si delator.*

Si rusticus militem; vel miles rusticum, vel miles militem de pace violata accufet v. 2. 27. 3.

Epitome Feudorum.

Ad L. Jul. Majestatis.

DE crimine Majestatis v. 2. 56. Qui sint rebelles, v. *lib. 5. Tit.* 20.

Si civitas, oppidum, Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, valvasor major aut minor pacem violaverit 2. 53.

Si Episcopus pacem violaverit 2. 53. 2. v. Episcopus. Si clericus de pace violata damnatus sit 2. 27. 1. Si quis hominem intra pacis Edictum constitutum vulneraverit: injuria affecerit, vel occiderit 2. 27. *vers. si quis autem.* Si quis pacem jurare aut servare noluerit 2. 53. 2. *vers. qui pacem.* Si quis violatorem pacis receperit apud se 2. 27. 2. 2. 53. 2. *vers. receptatoribus.*

Ad L. Cornel. de sicariis.

DE Homicidio 2. 53. 1. *vers. Homicidium.* De veneno 2. 24. 2.

De vi publica.

ARmorum usus quemadmodum ruftico, mercatori peregrinanti, cuivis denique in placito comitis permissus 2. 27. 5.

Ad L. Cornel. de falsis.

DE instrumento falso 2. 58. 3.

De Annona.

NE quis ultra pretium annonæ in provincia statutum, carius annonam vendat 2. 27. 4.

De Pœnis.

DE pœna laqui 2. 87. 8. manus amputationis 2. 27. de fustigatione, tonsione 2. 27. 8. domus destructione 2. 53. Librarum centum XXX. LX. III. v. 2. 53. X. III. V. vide 2. 27. 1. 2. 27. 4.

De bonis damnatorum.

EX delicto vasalli feudum ad dominum reverti folet 1. 17. 1. 21. 2. 98. Si crimen quod vasallus admisit, dominum (verbi gratia si contra legem Lotharii feudum alienavit 2. 24. 3. 2. 38.) non extraneum spectat, feudum (si tamen paternum fuit) domino committitur: ut hanc haberat fine injuriæ ultionem: fin minus, non ad filios aut descendentes damnati 2. 26. 6. *vers. si vasallus* 2. 31. Sed ad vasalli proximos 2. 24. 2. 37. *in fin. princ.* adgnatos, qui quarto gradu 2. 26. 6. *vers. si vasallus*: alii tamen putant feudum ad dominum non pertinere, donec aliquis malculus delinquenti supereft, cui fententiæ alii contradicunt 2. 98.

Si vasallus unum tantum dominum cucurbitaverit, ejus tantum parte privatur 2. 38.

Cum feudum hereditarium uni ex coheredibus propria culpa aufertur, ceteris non fit præjudicium, eo tamen vivo vel fuis heredibus, feudum ad ceteros venit 2. 78.

Ob prælati Ecclefiaftici delictum feudum, Prælato tantum vivente, committitur, eo mortuo ad Prælati fucceffores revertitur 2. 40. 1.

Ob delictum in vafallum admiffum dominus feudum amittit, ipfique vafallo adquiritur 2. 26. *vers. domino committente* 2. 26. 2. 47.

Imperator nifi fidelitatem faciat, aut alium in feudo adquifito ac delato tibi conftituat, feudum amittit 2. 100.

Res & pretium vendentium & cementium rem in fraudem proximiorum, fi in eo perjurii convincantur, fifco committitur 5. 13.

De bonis vacantibus, indigno reeptis, contrahentium inceftus nuptias, damnatorum, proferiptorum, committentium crimen majeftatis & aliis v. 2. 56.

De Appellationibus.

AB iniqua fententia parium ad Imperatorem appellari 1. 22. 1. 26.

De jure fifci.

V. Titulum quæ fint Regalia 2. 56. & 5. 13.

De re militari.

NE fervi facerdotum, diaconorum & rufticorum filii cingulum militare affumant 5. 11. *in fin.*

De extraordinariis cognitionibus & fi Judex &c.

DE illicitis exactionibus 2. 53. 2. *in fin.*

Si judex vel magiftratus juftitiam facere neglexerit 2. 53. 1. *vers. judices.*

Si quis advocatiam vel aliud beneficium inornate tradet 2. 27. 7.

Tenuio quibus & quemadmodum interdicta 2. 27. 5. *vers. Nemo retia.*

Pabulatio quatenus peregrinanti permiffa 2. 27. 8. *in fin.*

De verborum fignificatione.

NOmenclatorum Perfonorum & rerum vide in Titulo de ftatu hominum & rerum divifione fupra.

Advocatia 2. 27. 2. eft dignitas urbis aut Ecclefiæ præpofitura e. falvator ejus 2. 3. 6. in quibusdam. de præmis e. præfitura e. falvator ejus 2. 3. 6. in quibusdam. de præmis e. præfitura, de jure patronatus. Hinc advocatus Augaftæ apud terra. de jure patronatus. Hinc advocatus Augaftæ apud Urfpergenf. Advocatia Betunæ, in Chronicis Flandr. Trajectinenfis in Auftria Lazii. Advocatus & Advocatia in donatione Caroli magni apud Mutium Chronic. 9.

Allodium de quo 2. 54. & 2. 17. *in fin.* & 2. 26. 1. 2. 29. id dicitur, cujus poffeffor nemini lauds eft. Inde, allodium proprietas dicitur 1. 4. 2. 29. proprium 2. 42. Jus proprii 2. 44. hereditas 2. 42. 2. 61. 3. res mancipi a Sicberto.

Armandiæ vel Armaniæ 2. 56. Fabricæ, publica armamentaria *Novell.* 85.

Cambium 1. 4. 2. 1. 22. *vers. ſi quis*, id eſt permutatio.

De Camera feudum 2. 58. 2. 1.

De Caveria feudum 2. 58. 2. 1. 11.

In Capillo foror 1. 24. 2. id eſt, innupta.

Clientulus 1. 10. vaſallus.

Credentia 1. 17. arcanum, ſecretum.

Cucurbitare dominum feu cum uxore domini concumbere; vel concubitum ejus tentare 1. 5. 2. 37.

Curtis 1. 2. 1. domus, palatium, caſtrum.

Feloniæ 2. 26. 6. 2. 27. 2. 38. 2. 39. 2. 47.

Fidelis 1. 11. id eſt, vaſallus.

Decania 2. 8.

Dominicaria vice 2. 81.

Gaſtaldiæ feudum 1. 2. 2. 94. quod alicui tanquam adminiſtro ac procuratori præſti domini datur.

Gaſtaldius vel ador domini 1. 10.

Geniculus 1. 1. 4. id eſt, gradus.

Guardiæ feudum 1. 2. 1. 4. 3. 1. 11. 2. 94. quod alicui tanquam cuſtodi caſe dominice datur.

Guarentizare 1. 34. id eſt, evictionem præſtare.

Hoſtendiræ, adjutorium quod faciunt vaſalli dominis, cum rege in hoſtem pergentibus 2. 40.

Hoſtem facere 1. 7. 2. 40. id eſt, in expeditionem bellicam ire.

Invadiare 2. 27. *in fin.* eſt pignori obligare, *engager.*

Judex Curtis 1. 18. Is judicabat inter convaſallos de feudalibus controverſiis.

Verbum *Legitimus heres*, in feudis maſculum ſignificat 1. 13. 2. 34. *vers. profecto.* 2. 26. *in fin.*

Manſus 1. 1. 6. hereditas, prædium.

Marchio a marcha: quæ ut plurimum juxta mare poſita 2. 10.

Ad Morganaticam matrimonium 2. 29. Albertus Argentinenſis.

Morganatico jure donatum. Morgangheba donatio collata in uxorem mane die Nuptiarum.

Paragium (ſeu Pedagium vel Paradogium) adquirere 2. 10. Jus pariam conſequi.

Plebeji 2. 10. qui noviter feudum acceperunt a Capitaneis.

Precaria 1. 9. *in fin.* ceſſio uſusfructus.

Ad Morganaticam matrimonium 2. 29. Albertus Argentinenſis.

Sacramentales 1. 4. 2. 10. 1. 28.

Senior 1. 17. id eſt, dominus.

Soldata dicitur, quia plerumque in ſolidorum donatione conſiſtit 2. 10. *in fin.*

Tituli Eccleſiæ 1. 6. prædia clericis ad alimenta depuata.

Valvaſor v. nomenclaturam perſonarum *Tit. de ſtatu hominum.*

Valvaſinus 2. 10.

Vaſallus v. Nomenclaturam perſonarum *Tit. de ſtatu hominum.*

Villicaria vice 2. 81.

De regulis juris.

REgula aut definitione certa cauſæ feudi amittendi non poſſunt comprehendi: ſunt tamen ut ita dicam, egregiæ quædam ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi 2. 23.

Feminæ locus non patet in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc fuerit inveſtitus 2. 17.

Invitus alium quam quem voluerit, ſibi adquirere vaſallum dominus non cogitur 2. 12.

Non vult heres eſſe, qui ad alium tranſferri voluit beneficium 1. 21. 2. 29. 2. 44.

Factum fratris fratri in feudo paterno non nocet 2. 93. Culpa unius coheredis, ceteris non præjudicat 2. 78.

Secundum libertatem reſpondendum 5. 14.

Perſona ſervilis poſt delatam ſucceſſionem etiam manumiſſa, in feudo non ſuccedit 2. 106.

Qui ex liberalitate conveniuntur domini, in id quod facere poſſunt condemnandi 2. 58. Iniquum eſt, ſi quis ex bono ſuo conveniatur 2. 58. 3.

Quod ab initio de jure non valuit, tractu temporis convaleſcere non debet 2. 55.

Qui in alterius locum ſuccedunt, juſtam cauſam habent ignorantiæ 2. 92.

Vaſallus vaſalli mei, vaſallus meus eſt 2. 52. 2. 51.

Ætati 1. 22. & imprudentiæ ſuccurritur 2. 26. 6.

Minor fidelitatem facere non cogitur, donec venerit in majorem ætatem, in qua doli capax ſit 2. 26. 4. *vers. ſi minori.*

Dolus abeſſe videtur, ſi juſta cauſa impediat 2. 52. *in fin.*

Æquitas in pariſibus cauſis paria jura defiderat 2. 54.

Quod quisque juris in alium ſtatuit, ipſe eodem jure utatur 2. 53. 1.

Inter dominum & vaſallum nulla fraus, nec ullum malum ingenium intervenire debet 2. 52. *in fin.* 2. 97.

Ex omni felonia ex vaſallus feudo privatur, ex eadem dominus feudo etiam privatur 2. 47. 2. 26. 6. v. domino. non eſt æquum videre egentem, quem prius habueris in conjugem vel concubinam 2. 58. 1.

Id quod de communi expenſum, pro parte communi reſtituendum 2. 12.

Qui ſuum beneficium alii dat, non debet alia lege dare niſi qua ipſe habet 2. 54. 2.

Quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino: id intelligendum eſt, cum a ſcientibus alienatur beneficium 2. 42. *in fin.*

Eccleſia non deſinit eſſe heres 1. 13. adde quædam de Eccleſiæ laude ex 1. 13.

Deſinit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti 2. 21. 2. 109.

Abſtinere a malo non ſufficit, niſi fiat, quod bonum eſt 2. 27.

Qui qualibet ratione de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poteſt inveſtituram facere 2. 3.

Pluralis locutio duorum numero contenta 2. 58. 2.

Pares majorem jurisdictionem habent de ſuo pari, quam de ſuo domino 2. 97.

Actore nihil probante, qui convenitur, obtinet, vel abſolvitur 2. 33. *vers. ubi nihil.*

Ligius homo duorum eſſe nemo poteſt 2. 99.

Unusquisque ſibi fuisque heredibus videtur proſpexiſſe 2. 18. 2. 90.

Juſta ignorantia, vel parvi temporis negligentia cum iniqua poſſeſſionis perjurio, domino in poſſeſſione dominum adferre non debet 1. 26. *in fin.*

Feudum non ſub prætextu pecuniæ, fed amore & honore domini adquirendum 1. 27.

Legum Romanarum non eſt vilis auctoritas, fed non adeo vim ſuam extendunt, ut uſum vincant aut mores 2. 1.

Parem corrumpit pecunia, odio, gratia, non eſt ſuſpicandum 2. 58. *in fin.*

Promptiores ſumus ad abſolvendum quam ad condemnandum 2. 28. 1.

Inveſtitura fidelitatem præcedere debet 2. 4.

In generali alienatione feudum non continetur 2. 26. *vers. In generali.*

Qui præſens actum impedire poſſet nec contradicit, is habetur pro conſentiente 2. 9. *vers. ſi porro.* 2. 26. 5. *vers. Titius.* 2. 33. *vers. inde etiam.*

Natura novas deproperat formas edere 2. 24. *vers. ſed quæ.*

Ratihabito, etiam tacita, confirmat actum invalidum 2. 39.

Portionem feudi alienans, fidem promiſſam ſervare non videtur 2. 24. 2. *in fin.*

Legitime factum, ſuperveniente facto, non retractandum 2. 106.

Stipendium conſequi debet qui ſuum obſequium commodat 2. 107.

Reditus jure dantis reſolvitur jus accipientis 1. 13. 2. 8. 1. 2. 9. *in fin. prine.*

INCIPIUNT

INCIPIUNT[1]

FEUDORUM[2] CONSUETUDINES[3].

LIBER I.

TIT. I.

DE HIS, QUI FEUDUM DARE POSSUNT, ET [QUI NON:] ET QUALITER ACQUIRATUR, ET RETINEATUR.

Feudum dare possunt prælati Ecclesiarum, si ecclesiæ est consuetudo & nobiles seculares, & qui ab eis feudum accipiunt. Bald. *Qui feudum dare possint.* 1. 2. 3. 4. *De acquirendis feudis.* 5. *De natura feudi.*

QUia de feudis tractaturi sumus, videamus: primum [4] qui feudum dare possunt. † Feudum [5] autem dare possunt archiepiscopus [6], episcopus, abbas, abbatissa, præpositus, si antiquitus [7] consuetudo eorum fuerit feudum dare.

† Dux [8], Marchio [9], & Comes similiter feudum dare possunt, qui [10] proprie regni, vel regis capitanei [11] dicuntur. Sunt & alii qui ab iitis feuda accipiunt, qui proprie regis, vel regni valvasores dicuntur: sed hodie capitanei appellantur: qui [12] & ipsi feuda dare possunt. Ipsi vero qui ab eis accipiunt feudum, minores [13] valvasores dicuntur.

Vasallus ipso vivo non privatur feudo, ipso vero mortuo ad filios æqualiter pertinet feudum. Bald.

§. 1. Et quia vidimus de personis: videamus qualia prius habuerunt initia. † Antiquissimo [14] enim tempore hic erat in dominorum potestate connexum, ut quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam. † Postea [15] vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent. Deinde [16] statutum est, ut usque ad vitam fidelis [17] produceretur. Sed cum hoc jure successionis ad filios non pertineret: sic [18] progressum est, ut ad filios deveniret: in quem scil. dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie [19] ita stabilitum est, ut ad omnes æqualiter [20] veniat.

§. 2. Cum [21] vero Conradus [22] Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus [23] qui in ejus erant servitio, ut lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes [24] ex filio producere dignaretur, & ut frater fratri sine legitimo [25] herede defuncto (vel filius) in beneficio quod eorum patris [26] fuit, succedat. † Sin autem unus ex fratribus a domino [27] feudum acceperit [28]: eo defuncto, sine legitimo herede, frater ejus in feudum non [29] succedit: quod etsi communiter [30] acceperint, unus alteri non succedit, nisi [31] hoc nominatim dictum sit: scil. ut uno defuncto sine legitimo herede, alter succedat, herede vero relicto alter frater removebitur.

§. 3. Hoc [32] autem notandum est, quod licet filiæ, ut masculi, patribus succedant: legibus [33] tamen a [34] successione feudi removentur [35], similiter & earum filii [36], nisi [37] specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. §. 4. Hoc quoque sciendum est, quod beneficium [38] ad venientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur successione feudum usum ab antiquis sapientibus constitutum, licet moderno [39] tempore usque [40] ad [41] septimum [42] geniculum [43] fit usurpatum: quod [44] in masculis descendentibus, novo jure usque in infinitum [45] extenditur.

Feudum quod datur a capitaneis, vel regis valvasoribus propriam habet naturam, quod vero a minoribus datur, propriam naturam non habet: duobus casibus exceptis qui in litera continentur. Baldus.

† Notandum est autem, quod illud beneficium, quod a regis capitaneis, atque regis, [vel regni] valvasoribus aliis impenditur, proprie [46] jure feudi censetur. Illud [47] vero quod a minoribus in alios transfertur, non jure feudi judicatur: (licet aliter in curia Mediolanensi obtinuerit) sed quando voluerint, recte auferre queunt: nisi Romam cum illis in exercitu [48] perexerint: quo casu in jus feudi transit, [& adjudicatur:] vel nisi aliquid propter feudum acceperint: tunc enim nisi [49] restituto pretio [50] auferre non possunt.

TIT. II.

[DE [51] FEUDO GUARDIÆ [52], ET GASTALDIÆ [53.]

Feudum guardiæ, & gastaldiæ, & illud, quod pro mercede alicujus vei datur, elapso anno revocari potest: nisi ad certum tempus detur. Sed si gastaldii nomine proprii feudi dicant se possidere, non defendunt sibi possessionem, nisi de suo jure probent. Bald.

---

1 Consuetudinis nomine feudorum libri nuncupantur, *ut hic.* Atqui consuetudo jus est non scriptum, §. *fine scripto.* 9. *Inst. de jure naturali.* Sed hic scriptura, non ut forma, fed memoriæ & probationis tantum faciendæ cauſa intervenit. Hujusmodi conſuetudo Conradi ſecunda, vel multis antiquis inſtrumentis comprobata, naturæ eſſe dici poteſt. 2 De feudorum origine vide Cujacium 8. *obſ.* 14. Goth. Adde Hotoman. 2. *obſ. cap.* 2. Et de feudis non authenticis vide Molin. *ad Conſuetud. Pariſienſ. tit. des fiefs, num.* 100. & *ſeq.* Card. Tuſc. *litt. F. concluſ.* 168. Ant. 3 Hinc illa: *Libri curiarum* 2. *feud.* uſus ab antiquis ſapientibus conſtitutus. 1. *feud.* 1. §. 4. juſtus & verus. 1. *feud.* 13. *in pr.* regni. 1. *feud.* 15. 2. *feud.* 82. 2. *feud.* 101. comprobatus. 2. *feud.* 81. 83. *in fin.* illa tradita. 2. *feud.* 84. Jus Curiæ. 2. *feud.* 101. in multis cum libris & civitatibus intellectum. 2. *feud.* 88. & breviter, conſuetudo, mores, conſuetudo feudi, 2. *feud.* 1. 4 De perſonis primo quærendum eſt. 1. *ſi quæramus.* 4. ff. *de teſtamentis.* 5 Feudum dare poſſunt Eccleſiaſticæ perſonæ: quæ potius Eccleſiarum Prælati, ſi Eccleſiarum conſuetudo ſit: cujus ſententiæ vide odio exceptiones apud Beluſiamum & Laudenſem hic. 6 *Tit.* 3. *infr. eod.* 7 *Tit.* 6. *infr.* 2. *feud.* 91. Quid ? quæ infeudandi antiqua conſuetudo eſt ? Ravennas notat, utilem, 30. annis: Damnotam, tempore cujus non ſit memoria: dubium annis 40. præſcribi. Poteſt quoque eiusmodi perſona in feudum dare, conſenſu totius collegii, etiamſi nulla ſit conſuetudo. 8 Feudum dare poſſunt ſeculares nobiles: ut Marchio & Comes. 9 Dux major Marchione: Marchio Comite, v. 2. *feud.* 10. *infr. quis decatur dux.* 10 Capitanei regni vel regis proprie, Duces, Marchiones, Comites: improprie qui Valvaſores regni vel regis. 11 Id eſt, principes, proceres. *Hotom. patritii.* 12 Feudum dare poſſunt valvaſores regni vel regis. 13 Valvaſorum alii regis vel regni (qui feuda accipiunt a Ducibus, Marchionibus & Comitibus) alii minores, qui a valvaſoribus regni (de quibus paulo ante) feuda accipiunt. 14 Antiquiſſimum jus feudorum hoc fuit: ut dominus pro animi ſui arbitrio, vaſallis feuda poſſent auferre: arbitraria itaque vel potius precaria fuerunt ab initio feuda. 15 Secundum jus, feuda fuerunt annalia. 16 Tertium jus, feuda ad vitam vaſalli producta. 17 Id eſt, vaſalli. §. 2. *infr. eod. tit.* 4. *in pr.* & §. 5. 7. *eod.* 18 Quartum jus: feudum transferebatur ad filium vaſalli, quem dominus eligiſſet. Pone fœminas feudi capaces eſſe: an omnes æque pateret ſucceſſio? Laudenſis eam exſtimat ſucceſſuram, quæ in hereditate paterna ſuccederit. *cap.* 1. *an agnat. lin minus*, eam quam dominus elegerit. *arg. hujus loci.* Curtius, 3. *parte vers.* 10. *octavo quæro.* putat primogenitam ſuccedere, adde quadam ex Cujacio *conſult.* 54. *circa med.* 19 Quintum jus: Feudum æqualiter ad omnes filios pertinet. 20 *Tit.* 8. *infr.* 21 Sextum jus: Feudum ad nepotes ex filio transibat: Imo & ad fratrem ſi feudum paternum vel antiquum, non autem ſi novum feudum: ſi frater fine legitimo herede decedebat. Quid ſi pacto conventum eſt, ut frater fratri in novo feudo ſuccedat ? quid ſi feudum, quo de agitur, ſcientes omnes, communi vel pecunia, vel armis & equis emptum eſt ? Quid ſi unus ex illis rem regis pugnaverint fratres ? Quid ſi contraria conſuetudo ? frater fratri, etiam in novo feudo ſuccedet, *ut hic.* Quid ? num uterinus frater fratri ſuccedet ? non ſuccedet: quia ſtirpis non eſt genus primi feudum adquirentis: & in feudis jure cognationis nulla eſt ſucceſſio. *c.* 1. *infr. de gradib. ſucceſſ. feud.* Quid ? utrimque conjunctus frater, num excludet fratrem conſanguineum tantum ? jure civili excluderet. *Auth. cet. Inste. C. de legit. hered.* At non hoc jure. *Bald. Andrea, Laudenſ.* Hic adiciendum quod a Baldo notatum eſt, Fratrem fratri in feudo ſuccedere, non adcreſcendi jure, ſed providentia principali ten legis. 22 Lotharius, *Hotom.* Goth. Conradus 11. Sievus. vide Molin. *ad Conſuetud. Pariſ. tit. des fiefs.* 1. *num.* 81. Ant. 23 Id eſt, vaſalli. §. 1. 8. *eodem.* 24 *Tit.* 8. 14. §. 1. *& tit.* 19. §. 1. *infr. eod.* 25 Id eſt, patrueli. 2. *feud.* 34. §. 2. *& tit.* 13. *infr. eodem.* legitimum enim heredem in feudis, eſt maſculus deſcendens. 26 Id eſt, paterno. *tit.* 12. *& tit* 19. *in fin. infr.* 27 Hujusmodi feudum initium habere a fratre dicitur. *tit.* 8. *in fin. infr.* Ideoque novum appellatur. *tit.* 14. *in fin. infr. eod.* 28 Adquiſierit. *tit.* 20. *infr. eod.* 29 *d. tit.* 8. & 20. 30 Id eſt, ſimul inveſtiti. *tit.* 14. *in fin. infr.* 31 *d. tit.* 14. 20. alias exceptiones vide *d. tit.* 20. *infr.* 32 Septimum jus, Fœminæ non ſuccedunt in feudo (quod hodie etiam generalie eſt in feudis) quemadmodum nec ſuccedunt collaterales, ultra patrueles. Quid ? quomodo ſuccedunt patrueles ? Cum patruis, in ſtirpem: inter ſe ſoli, in capita. *Bald. Autiocut. ceſſante. Cod. de legit. hered.* 33 Ut & XII. Tabularum fcil. l. 14. *Cod. de legitimis heredibus.* §. 3. *verſus. & hac qui-dem. Inſtit. de legitimis agnator. ſucceſſ. dixi ad leges* XII. *Tabul. lib.* 2. *tit.* 20. §. 6. 34 Fœminæ in feudis ſuccedere non poſſunt, nili pacto convento adjectum ſit, ut certo gradu, vel in infinitum ſuccedant, *ut hic:* vel nili contraria ſit conſuetudo. Quid ſi feudum maternum, vel fœmineum ſit ? fœmina excluditur a maſculis, *capite* 1. *de feudo fœmin.* Quid ſi feudum ad multimi ſervitium datum eſt ? exploia eſt Baldi opinio. exſtimantis fœminam ſuccedere: eo magis quod extravagans, *ſi cui mittit*, qua utitur, nullius autoritatis eſt, & alioquin contrarium ipſemet ſentit in *l. quotiens.* 12. *C. de fact.* Quid ſi feudum emptum eſt ? teſtis Odofredi opinione, Fœminæ probatur ſententia, exiſtimantis fœminam in id feudum non ſuccedere. Quid ſi femina bellis aſſueta, vel virago ? ne quidem ſuccedet. Primum enim id ratum eſt. Deinde feudum non datur tantum juvandi domini gratia, ſed ut ejus fœcera non eruditi. Adde Laudenſis putat fœminas ad feudi ſucceſſionem, ea de cauſa non admitti. adde de his *c.* 1. *infr. quemadm. feud. ad filium.* 35 *tit.* 6. §. 1. *infr. eod.* quia neque faidam levare, vel pugnam facere poſſunt. Hermennis. 36 Quantumvis ſint maſculi. 2. *feud.* 11. *verſ. ad filias.* 37 *tit.* 8. §. 2. *tit.* 14. §. 2. 2. *feud.* 39. 38 Conradi, de quo §. 2. *ſupr. eod.* alii feudum interpretantur. 39 Octavum jus, Collaterales in feudo ſuccedunt ad 7. usque gradum. Quo usque ad 7. tantum gradum ? Hern. & Bald. ita putant: Contrarium verius eſt, in infinitum nempe ſuccedere. *c.* 1. *infr. de nat. ſucc.* *c.* 11. *Vaſcall. feud. privet. Gloſſ. in c.* 1. *infr. de ſucceſſ. feud. & in c. ſi capitan. infr. de feud. Marchiæ. Odof. Hene. Arditus: Aug. Conſ.* 106. ſi modo feudum de quo quæritur, femel ad deſcendentes primi adquirentis pervenerit. Collaterales enim deſcendentium ab avo & eodem primo adquirente, ſuccedunt in infinitum. *d. c.* 1. *de natur. ſucceſſ. feud.* alias ad 7. usque tantum gradum. *Ravennas, Laudenſis.* 40 Quid ? gradus in feudis num computamus ex regulis juris civilis vel canonici ? Civiles, *Hermias, Bald. Laudenſ.* Sic & in jure retractus agnatici, gradus ſecundum jus civile computandos eſſe ſcribit Cujac. *conſult.* 9. 41 Verbum æque *Laudenſis* accipit inclusive, non excluſive. 42 Hodie etiam in infinitum. 2. *Feud.* 50. Et hanc probat Laudenſis *hic. n.* 38. In feudis collaterales in infinitum ſuccedere: nondum ad 7. usque gradum. 43 2. *Feud.* 50. 44 Novum jus: Deſcendentes maſculi in infinitum ſuccedunt in feudis, quod & hodie ſervatur, & ita verum eſt, ut in feudo extim ecclefiæ, ſuccedant deſcendentes maſculi in infinitum, *ut hic. capit. ex parte. de feud. Gloſſ. & Doctor. in l. ex facto* 17. *in fin. ff. ad SC. Trebellianum. l.* 1. *Cod. unde vir & uxor.* Nec obſtat Novella *de non alienandis* 120. *c.* 6. quæ hodie eſt correcta in hoc gradnum numero, & aliqui eſt de emphyteuſi, quæ ad filias etiam deſcendit: non de feudo, quod ad filias non transfertur. Quid emancipati filii ? hi etiam in infinitum ſuccedunt in feudo: quia principalis ratio ſuccedendi in feudis eſt in maſculis, *cap.* 1. *infr. de ad feudi. Bald. Laud.* Quid juſte exheredatus ? non ſuccedit, niſi a patre feudum aſſignatum ei fuerit, *arg. l.* 1. §. *pen. ff. de adſign. liber.* Quid adoptivus vel naturalis tantum ? *vid. c. naturalis c. adoptivus. infr. ſi de feud. fuer. contrav.* Quid in regno & feudis in dividuis ? primogenitus ſolus ſuccedit, *c. licet de voto.* Quid filius clericus, epiſcopus vel prælatus ? Rebuffus. Bald. Alberic. negant ſuccedere: quod autoritate Joan. Calderini, Dulii, Bartoli, Archidiaconi, Innocentii, Joan. Anania, Ilteitalis, Joh. de Lignano, Geminiani, Antonii de Butrio, Panormitani, Salicetti, non admittit Laudenſis. Nam qua in contrarium partem proferuntur, vel pertinent ad clericum volentem ſervitia præſtare per ſubſtitutum, vel ex ſtricto jure feudi. In fuerit æquitatis, ſuperiores perſonas in feudis ſuccedere, ſi modo ſervire per ſubſtitutum ſint parati. Quid maſculi deſcendentes ex fœmina ? negant ſuccedere: remota enim origine, his qui ab origine dependent, locum non ſupereſſe. *l. ſi virus matre.* 3. *C. de bon. maternis.* 45 2. *Feud.* 74. 81. 3. 46 Feudum conceſſum a valvaſoribus regni vel regis, pure proprii feudi cenſetur ? proinde autem eſt feudum, quod eſt perpetuum, quod tenuit ad heredes, quod non revocatur pro arbitrio ipſius domini. 47 Feudum conceſſum a minoribus valvaſoribus, non cenſetur jure proprii feudi: hoc eſt non tranſit ad heredes: revocari quandocunque ab ipſo domino poteſt, niſi tribus caſibus. Primum enim id non obtinet Mediolani. Deinde aliud dicendum, ſi vaſallus cum domino Romam perrexit in exercitu. Poſtremo ſi vaſallus quidam dederit pro feudo: tunc enim non poteſt auferri, niſi reſtituto pretio. 48 *Al.* in exercitum. loquitur de exercitu, quo Imperator Romam proficiſcebatur ad coronam imperialem accipiendam. *Tribonius* 50. *Otho Freſingenſis* 2. *c.* 11. 12. 49 Imo non reſtituto pretio accipere: poteſt tamen id accipere dominus, ſi velit, & ibi lege committa agitur.

51 Feuda guardiæ & guaſtaldiæ, anomala non regularia. Goth. *Guardia* eſt cuſtodia, ut quum caſtra, & territoria cuſtodienda traduntur, *Gaſtaldia* quatenus dicitur, aqua res domini gubernantur. *Zaf. de feud. a reb. feud. natur. degener. part.* 12. *num.* 4. 5. 6. *Ant.* 52 *tit.* 4. §. 3. *tit.* 10. *in fin. tit.* 11. 3. *vel* 2. *feud.* 94. feudum guardiæ cuſtodiæ nomine datur ei, qui quaſi cuſtos pradio appunitur, pars Cefario, ſu caſe cuſtodi. 53 2. *feud.* 94. feudum Gaſtaldiæ, vel Guaſtaldiæ cauſa datur ei, qui quaſi ador vel procurator præſto dominio imponitur, aut curti feu caſæ dominicæ gubernandæ. *tit.* 10. *infr. eod.* 2. *Longobard.* 17.